



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Preciosa || Hiero-||theca || Dvodecim || Vnionibvs ||  
Colo-||niensis Historiae || Exornata**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

XI. Lapis S. Anno Hiacynthus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9564**

nati verbi millesimo vigesimo ipsam consecrauit, in honore Saluatoris mundi eiusque genitricis. Idem nimirum titulus qui sepulchri.

Hierotheca preciosa S. HERIBERTI in qua nunc requiescunt sanctæ eius exuuia, præter versus Apostolorum statuis suffixos (quos omitto sicut & in aliorum Episcoporum tumbis feci) res ab ipso gestas his vetustis carminibus explicat.

Primo in statuam S. HERIBERTI inter Humilitatis & obedientiæ typos expressam extat hoc carmen:

*Has Præsul Christi vitæ socias habuisti.*

In duodecim tabulas historiæ S. HERIBERTI circa eius Hiero-

I.	thecam.	VII.	
Magnifica prolis notat ortum visio solis	Visitat ecce Pater te luminis inclyta mater		
Prauidit ita Pater eius & Israelita.	Tēpli vota probans formā signans loca mō-		
II.		VIII.	(strans.
Doctori natum tradit Pater erudiendum	In mensa visus extensus in arbore Christus		
Disputat atq; docet quæ gratia cœlica replet	Pontifici Sacta fit causa crucis faciendæ.		
III.		IX.	(fert.
Hic fit Leuita vir clarus cœlibe vitæ	Vota Pater dū fert sacer huic se spiritus in-		
Cancellatura Rex hunc inuestit honore.	Cūq; Deū placat referans cœnā pluuiā dat.		
IV.	(trono	X.	
Ex Regis dono datur hic sacra Virga Pa-	Viribus antiqui Præsul rapiens inimici		
Præsulis insigne plenum dat Papa benigne.	Prædā saluauit hanc demone dū spoliauit.		
V.		XI.	(cat.
Monstransit mōies sparsurus lumine valles	Corda cruēta necat venia dū Rex bene pla-		
Suscipit optatum plebs Pontificæ sibi gratū.	Iram Pontificis ter præbens oscula pacis.		
VI		XII.	(gnis
Hic subit examen miseris vir iuge leuamen	Hic Pater insignis meritis rutilans velut i-		
Vnctio Sancta datur personaq; Sancta sa-	Fit requie tutus Paradisi carne solutus.		
cratur.			

\*Liberatur  
energumena.

Teruit sub  
Henrico III.  
7 IV. obiit  
1075. pridie  
Non. Decēbr.


XI. Lapis



Hiacynthus.

ANNO facit Sigæ Montem templum atque sepulchrum,  
Ecce suum, Diuis iunctus amore factus est.

ex VV. 11. c. 1. 111



[*Hæc insignia Rumborum in antiquis Chronicis Saxo. tribuuntur fratri S. ANNONIS Archiepiscopo Magdeburgensi, quæ autem Dassellensium cornua referunt, ipsi Sigeberga & Colonia passim appinguntur.*]

**D** S. ANNO ingenuis ex Alemannorum gente, non nobilibus (qui titulus Parentes S. olim erat Comitum) ortus parentibus, Walberto, & Engela, singula- Annonis. ri vitæ sanctimonia excellentibus, vt tradit Reginhardus S. ANNONI coaraneus, apud Sur. 4. Decemb. Ingenui autem licet matrimonio sibi iun- Distinctio gerent Comites vt testatur Laz. ipsis tamen nonnihil inferiores erant, vt inter Co- auctores docent omnes, & expresse ostendit Schaffnab. ad ann. 1075, vbi mites, & de præcipuis agens capitibus, quæ se Henrico Imperatori, Rudolphi de ingenuos, quo paulo post suafu submiserant, ita ait : Igitur introducuntur per ordinem, Saxonia ac Thuringie primo Principes, VVe-zil Archiepiscopus Magdeburgensis, Buc- \*al. Meginno co Episcopus Halberstadensis, Otto Dux quondam Boiariæ, Magnus \* Dux Saxoniæ, vide Auctar. Herimannus Comes patruus eius, Fridericus Palatinus Comes, Diedericus Comes de nostrum.

- \* *Haud pcul* *Cadalenburg* \* *Adelbertus Comes de Thuringia, Rudeger, Sizzo, Berenger, Bern, Co-*  
*Goslaria.* *mites, Deinde INGENVI omnes, qui generis vel opum claritate aliquantulum emine-*  
*bant in populo, & sicut conuenerat absque vlla exceptione Regi se dederunt.* Ex his  
 constat, INGENVOS Comitibus inferiores, non esse de Comitum nume-  
 ro. Attamen Crantz. *lib. 3. Metrop. c. 2.* & R. P. F. Wolterus Henricus Stre-  
 uersdorff ex ordine S. Augustini SS. Theologiae Doctor in primatu Mag-  
 deburgens. asserunt, ipsum fuisse Sueuum Comitem à Sonnenberg. Sueuū  
 addunt, ne putet aliquis Sanctum Annonem ex Sonnenberg præcipua  
 Magistri ordinis Teutonici sede oriundum, quæ ad Wertam fluuium  
 nouæ Marchiæ Brandenburg. quam proxime respicit Kustrinum inter  
 septentrionem & occidentem, ac occidentem inter & Meridiem spe-  
 ctat Francofurtum ad Oderam, in ipso verò meridie Sternberg, vnde  
 Comites appellantur Sternbergenses. Aliam S. ANNONIS originem in-  
 dicant Chronica Colonienſia, volunt enim S. ANNONEM profectum ex  
 Comitibus alias Rugrauijs de Dassel, qui à cognomine Salingæ fluuij  
 oppido Dassel ita fuere nuncupati. Atque ita S. ANNO non ex ALEMANNORVM  
 POPVLIS, sed ex Saxonum gente descendisset, cum oppidum  
 Dassel in oriente Northemium, in occidente Hoxariam & Brakelenam  
 diœcesis Paderbornensis spectet; in meridie Helmershusen \* & Munda-  
 m; in septentrione Erichsburgum, & Brunshusen, vbi authoribus  
 mſcr. S. Bernvardi apud P. Brovver. & Trithemio in Chron. Hirſaug.  
 illustre est excitatum Virginum monasterium à Ludolpho Saxonix du-  
 ce, de quo in mſcr. S. Bernvardi & S. Godehardi apud P. Brovverum.  
 Pro Chronicis Colonienſibus militant S. ANNONIS insignia, quæ Co-  
 mitum sunt Dasselensium & ipsius statux in Georgij æde monasterio  
 S. Annonis Sigebergensi, alibique incisa conseruantur, atq; hic in fronte videntur  
 \* *Vicelo, Ve-* *expressa.* Ex fratribus S. ANNONIS fait Wesselus. \* seu Werinhe-  
*cilo Scot. ad* *rus † Archiepiscopus Magdenburgensis, qui in pugna iuxta Strowi*  
*ann. 1078.* *haud procul à Melrichstadio Franciæ Germaniæ oppido. Fabric. origin.*  
*Vvicel, VVe-* *Saxo. lib. 3. ad ann. 1078. Henricū inter & Saxones impulsore Rudolpho*  
*cel, VVezel,* *nō Habsburgico, sed Sueuo & Hērici IV. Regis affine: Fabric Orig Saxon.*  
*VVetzilo.* *lib. 3. ann. 1077. (qui vt author est Albertus Stad ad ann. 1077. [\*] à Sigefrido*  
*Dith. lib. 7. Moguntino Archiepiscopo, Adalberone Episcopo Herbipolensi, Ber-*  
*Adā. Brem. tholdo Duce Carinthiæ, in quorundam sedis Apostolicæ Legatorum*  
*Alb. Stad. præsentia Forcheimij creatus Romanorum Rex & 12. Kal. Aprilis Mo-*  
*Schaffnab.* *guntix*  
 † *Bruno in bello Sax. Dithm li. 7. Crantz. in Metrop. d. l. Lang. in Chron. Citez ad ann. 1078.*  
*Chronic. M. Belgij. [\*] Bruno in bello Saxonico.*

guntia ab Archipræsule Moguntino vnctus fuit, 7. Id. Augusti commissa, ab infimæ plebis hominibus fuga occisus est; *testibus Albert. Stad. ad ann. 1078. Marian. Scot. lib. 3. atat. 6. ad ann. 1078. & Berthold. ad Herm. contract. anno 1078. vel vt quibusdam placet cruci suffixus Paul. Lang. in Chron. Citi- zeus ad ann. 1078.* Hoc in prælio Saxones non expectato sociorum auxilio, in arma præcipites diu ancipitem pugnauere pugnam; tandem in ipsos victoria inclinauit, virtute Othonis Gotingensis & Friderici Palatini Saxonie, qui Francis in fugam datis aut occisus pugnare non destiterunt, vsque dum intra mœnia Wurceburgia hostem compulissent. E Saxonibus cecidit, vt iam dixi, Wezelo, & Bernardus Legatus Romanus captus. In castris Regijs occubuerunt Dux Bernardus cognomento Barbatus, Poppo Comes Hennebergius, Theobaldus & Henricus Lechsgemundi. *Orig. Saxon. lib. 3. ad ann. 1078.* Alter fratrum fuit Walterus, qui Legatione in Westphaliam fungens, in oppido Ervite diœcesis Colonienfis, itinere horæ vnus ab vrbe Lippiensi dissito, est interfectus, ac studio Cleri Susatiensis in urbem Susatum delatus, vbi sub choro atque in S. Patrocli crypta fuit tumulatus. Quod Susatensium beneficium vt grata recoleret memoria S. ANNO Archiepiscopus Colonienfis, Præposituræ Susatiensi oppidum Ervite cum omnibus eo spectantibus liberaliter contulit; Ita ad me R. D. Theodorus Grefemundt Susatensis, qui huius Walteri S. ANNONIS fratris tumulum sæpius haud dubiè vidit, cum & Susati habitet & illius Ecclesiæ agat Vicarium. Quod verò addit de donatione oppidi Ervite, non vidi ea de re literas; inuenio vero in testamento B. Brunonis prædium Aruite seu Ervite Susatensibus donatum. Deinde donarij S. ANNO, haud tamen id repugnabit donationi quæ facta est Ecclesiæ Paderbornensi ab Imperatoribus Hærico II, & Conrado. Nam Paderbornensibus non nisi curtis quædam (quam ipsi vocant curtem Regiam Köningshoff) dono dederunt, quæ tamen etiamnum ab Archiepiscopo Colonienfi, quod ad iurisdictionem possidetur, licet ipsi Archiepiscopo propter iurisdictionem, seu vt loquuntur, propter ius territorij in Ervite & Westerkoten Paderbornenses litem mouerint, eo quod ipsis Paderbornensibus curtis sit data ad ius Imperiale pertinens; vt paulo post ex donatione Conradi Imper. subijciam. Ius autem Imperiale volunt non priuati esse dominij, sed publicæ etiam iurisdictionis. Contra Colonienfes antiquam afferunt possessionem & priuatum tantum Paderbornensibus concedunt dominium. Quæ ego non disputo, neque definio. De curte autem hac Paderbornensibus

Walterus  
frater S.  
Annonis.

Ervite,

nenlibus donata, ita mscr. S. Meinverci apud P. Brovverum c. 29. ait. Qui (Henricus II. Imperator) diu multumq; renisus, tandem Episcopi perseverantia, Imperatricis primatumq; coactus instantia, privilegium protulit, & accedens ad altare, B. Dei Genetrici perpetua Virgini Maria, sanctisq; Kiliano & Liborio & astati Meinverco Episc. suisq; successoribus, curtē Eruete sitā in pago VVestphalen legaliter obtulit. Iterū c. 97. Ita inquit Rex (Cōradus) interuēiu Gisla Imperatricis sua cō-

**Tomo 1. in** causa Coln. contra Paderborn ratione VVesterkotten. **B**  
 etiam in pago Engere in Comitatu Marckvvardi Comitit sitam, cum omnibus appendicijs, & vniuersis vtilitatibus, quae inde prouenire poterunt, attinentijs, cum banno in mercatu etiam, qui apud eandem curtem solet haberi, Domino Meinverco & c. ibidem in Roma sabbatho sancto, Paschali hebdomade 7. videlicet Idus April donauit. Hactenus mscr. Quas verò Reuerendus Dominus Grefemundus, de eodem Eruete viderit aut legerit donationis literas, haud scio; ideoque nec sobrinus S. certi quicquam de ijs possum asserere.

**Annōnis.** Fuit & S. ANNONI consobrinus Bucco \* Episcopus Halberstaden-  
 \* Burchardus Ita vita S. Annonis apud Sur. Schaffnab. ad ann. 1075. qui & in manuscr. Sur.  
 Chron M. S. ANNONIS nuncupatur nepos. Num verò hic sit ille Bucco, quem re-  
 Belgij Paul. fert Dithm. lib. 5. Henrici Marchionis esse fratrem, ipsiusque Dithmari  
 Läg in Chro. Pattuelem; aio, id pernegandum. Nam cum Bucco de quo Dithmar. eo  
 Citizens. tempore, quo captus est Boleslaus (quod circa ann. Christi 1003. conti-  
 Rucherius & git. Albert. Stad. ad illum ann.) sub Henrico S. adeo fuerit maturæ ætatis, vt  
 ita ex quōdā Gerbergæ custodia illi contra hostium impetus fuerit demandata,  
 obseruati di- vtique non is erit Episcopus Halberstaden-  
 plomate; Ma. Pontificiæ authoritatis propugnator, qui prælijs Saxonice circa an-  
 rian Scot. ad num 1078. interfuit. Schaffnaburg. Adam Bremen Albert. Stad. Bruno de bello  
 an. 1077. vbi Saxon. ad illum ann. & anno 1088. Goslarix à suis popularibus (quod au-  
 thoritatem defenderet Pontificiam contra execrati Imperatoris fauto-  
 tur & Butto. res) miserè ipsa hebdomade, qua Dominica recolitur passionis memo-  
 ria 8 Id. April. fuit datus internecioni. Berthol. Constant. ad Contract. anno  
 1088. Vercelinus in Henrico IV. Stad. ad ann. 1088. Huic suo consobrinis, &

**S. Anno** propter incurrit inuidiam. Nam vt testatur Schaffnab. anno 1075. Primum, in-  
 consanguini- quens, moto bello Saxonico fratrem eius VVezel Magdeburgensem Archiepiscopum  
 neos pati- & consobrinum eius Bucconem Halberstadensem Episcopum tempestas inuoluit gra-  
 tur inuidiā. uissima persecutionis, contra hos cum non satis impigrè Regi Saxonice gentis exterminium  
 anhelanti opem ferret, natura profecto legibus & carnali affectione inibitus,  
 inuisus

*inuisus ei suspectusq; efficitur, periurij ac perfidia insimulatur. Cives Colonienfes, quibus paulo ante vnice carus acceptusq; fuerat, ad interficiendum eum donis ac promissionibus sollicitantur. Sopito vtrinq; hoc malo, duo ministri eius, qui in laribus eius familiarissimè obuersabantur, insidias ei tendunt, & nisi Dei misericordia malum hoc prauertisset, nihil tale suspicantem trucidassent, &cæt. Ita ille; Plurimum studuit generis sui vtilitatibus Sanctus ANNO. Nam honoribus augebat parentes suos & cognatos ac facellanos. Wezilonem ad Magdeburgensem euehebat Archiepiscopatum, nepotem seu conforbrinum Bucconem vel Burchardum infula redimibat Halberstadenfi; Cononem à Treuirensibus occisum, vt dictum in auctar. Treuirensi, B Eilbertū Mindenfi, Wilhelmum Traiectensi sedibus præficebat. Quin & in Italia Aquilegiensis & Parmensis ipsius experti fauorem, ab ipso honorum gradibus sunt cumulati, vt auctor est Adam. Brem. c. 152.*

Babenbergæ Sanctus noster Præsul literis innutritus, in quibus adeo **Studia S. profecerat, vt liberaliū artiū professorē ageret ac doctorē, imprimisq; iu- Annonis.** uentuti cum fidei rudimentis pietatem velut lac instillaret. Vnde quæ ab ipso proponebatur doctrina, omnium sermone **FIDES ANNONIS ce- \* Ciaccon. in lebrabatur. Ob singularem animi prudentiā ipse imperij meritò fuit de- Alexandro signatus Diæcetes & Vicarius, \* vti & olim alij delecti Colonienfiū Ar- II. Pontifice.**

**C**hiepiscope, qui regni & S. R. Imperij clauū tenuerunt; quos inter excel- **Archiepi- luerunt Cunibertus, Agilolphus, Bruno M. atq; Sæctus demum ENGEL- BERTVS,** cui Fridericus Rex in Italiam abiturus, coronam vt ab Ho- **scopi Co- norio Pontifice obtineret Imperialem, suas in Imperio delegauit vices. loniēses so,** Commendabat illi & filium Henricum, & negotiorum in Imperio oc- **lent Reges currentium administrationem, caularumque cognitionem, quæ mune- pupillos e- ra sunt Imperij Vicariorum. Nam vt tradit Christophorus Gewoldus ducare, & c. 9. in comment. de S. R. Imperij Septemuiratu, Vicarius Imperij est, qui Impe- Augustalē ratoris aut Regis Romani absentis, vel impediti vicibus in caularum fū- tutelā ge- ture.**

**D**gitur cognitione; ijs verò functum fuisse vicibus S. ENGELBERTVM, me- **tere.** ridiana luce clarius est ex ipsius historia, cum ex ipsis constet quid in Waldemari Regis Danorum, Imperium turbantis tractarit negotio, quid in causa Henrici Comitiss Zuerinensis, atque aliorum, egerit; quæ longum esset hic repetere, cum ea in S. ENGELBERTI historia fusius sim prosecutus. Eadem Vicaria vsus est potestate S. ANNO, qui S. ENGELBERTVM integro seculo & amplius antecessit Archipræsul Colonien- sis. Hic vt ius illud Vicariæ suæ potestatis & tutelæ Regiæ à Maioribus suis & antecessoribus sæpius administratum tueretur, Augustalem Hé-

rici Impuberis suscepit curam, ipsumque Henricum' ex Agnetis matris custodia abstractum vna cum sacra lancea alijsque Imperialibus signis (quorum custodiam etiam Sanct. Heribertus sibi vendicarat, hodieque sibi tribuunt Aquisgranenses Archidicœcesios Coloniensis subditi) secum Coloniã abduxit. Nec enim erat, in cuius manu tutius quiesceret & Imperator & Imperium. Constitutus autem ipse cum Adalberto Archiepiscopo Bremensi Imperij, vt ait *Adam. Brem.* Consul, ita vt ab vtroque summa reipub. penderet. Hinc patet, quam antiqua sit Archiepiscoporum Colon. Vicaria in Imperio potestas; illâ sane multo antiquior, quam alijs tribuit Gevvoldus d. l. principibus; vbi primum Imperij Vicarium designat Noricorum Ducem, eumque refert vt valde antiquum, qui tamen nostris Archiepiscopis multò est recetior. Nam (vt ait Conradus de Fabaria presbyter Sancti Ottmari ante annos circiter quadringentos) ipse Dux in Curia (Henrici Regis VII.) mansit, ipsiusque consilio res Imperij per id temporis fuerunt dispositæ, quem Ducem appellat Vrsper. ad ann. 1025. Ludouicum: ait enim: Ludouicus Dux Bauariorum curator Regis Henrici, in rebus tam proprijs, quam Imperialibus in Alemannia efficitur. Hactenus ille.

Archiepi-  
scopi Co-  
lonienses  
Archican-  
cellarij S.  
R. Ecclesie  
\* *Ciaccon. in*  
*Alex. II.*

Sed quid ex delatis Imperij secularis fascibus commendò S. nostrum ANNONEM, cum alius multò excellentior, vnde S. Archipræsulem commendem, se mihi offerat honoris Ecclesiastici gradus, quo ipsis etiam purpuratis Patribus S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus videtur antestare. Quippe Alexâder II. Pontif. M. supremo illû inter Cardinales dignatus est honore, cû eum S. Romanæ Ecclesiæ constituit Archicancellarium,\* quem iam ante Leo IX. Pontifex Hermannò S. ANNONIS antecessori, ipsiusque successoribus, teste Miræo *in fastis Belgicis* 19. April. detulerat, ac postea Eugenius III. epistola sua 10. ad Arnoldum Archiepiscopum Coloniensem, & Alexander epist. 52. ad Philippum Archiepiscopum Coloniensem confirmarunt, statuentes vt ea, quæ olim à Leone IX. Archiepiscopi Coloniensium iura obtinuerant, firma manerent ac fixa; sicut & illibata ea hucusque obseruauere Pontifices summi. Hinc enim in hodiernum etiam diem nullus Cardinalium, Archicancellarij obtinuit titulum, sed supremus aliquis Cardinalium tantum Vice-Cancellarius appellatur, eo quod illa dignitas iam Archiepiscopo Colon. eiusque successoribus esset concessa, vt iâ cœpi ostendere & paulo post pluribus demonstrabo.

Neq; his obstat, quod alij etiam legantur Cancellarij à Pontificibus consti-



- A** constituti, & quidem à Victore II. Fridericus Lotharingus, Gallus, Goz-  
zelonis Ducis Lotharingæ filius S. R. E. Archidiaconus, primæ & Apo-  
stolicæ sedis, vt ait Ciacco, in Victore II. Bibliothecarius & Cæcellarius,  
& eo absente D. Hildebrandus Soanenſis, Tuſchus, Monachus, S. Rom.  
Eccl. Card. Subdiaconus, Pro-Cæcellario S. R. E. Deinde quod ab Ale-  
xandro II. 1061. designatus fuerit Hildebertus Diaconus Card. S. R. E.  
Vice-Cancellarius in anno Pontificatus ipsius primo, Petrus verò Cle-  
ricus fungens vicem Petri subdiaconi ac bibliothecarij, ac postea Cæcel-  
larius; Demū quod à Paschale II. anno MIC Ioannes Caietanus Mo-  
nachus Casinas Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmodin, primus
- B** Diaconorū S. R. E. Bibliothecarius & Cancellarius, fuerit constitutus,  
vt antiquæ ostendunt Paschalis II. Bullæ & diplomata. Nam hi Cancel-  
larij, vicibus tantum fungebantur Archicancellarij, nec erant Archi-  
cancellarij, vt patet ex eodem Ciacconio. Quippe in Leone IX. ex anti-  
quis Leonis IX. Bullis &c. nūcupatur Hermannus Colon. Archiep. S. Se-  
dis Apostolicæ Archicancellarius anno quinto Leonis IX. Papæ. Fride-  
ricus Diaconus Cardinalis, S. sedis Apostolicæ Bibliothecarius & Can-  
cellarius, vice Hermannis sedis Apostolicæ Archicancellarij, & Colon.  
Archiepiscopi, ab anno Pontificatus Leonis IX. secundo vsque ad finē.
- C** Ita & in Alexandro II. appellatur Petrus Clericus primū fungens vicem  
Petri subdiaconi ac Bibliothecarij, deinde Cancellarius, vice D. ANNO- S. Anno  
nis Colonienſis Archiepiscopi, postea subdiaconus S. R. E. & vice eius- Archican-  
dem D. ANNONIS Colonienſis Archiepiscopi & Bibliothecarij &c. Ex cellarius &  
quibus liquet, Cancellarios vicibus tantum Archicancellariorum Co- Bibliothec-  
lon, fuisse functos, maximè cum Fridericus Lotharingus viuo adhuc carius Ec-  
Hermanno Colon. Archiepiscopo, à Leone IX. (nam Hermānus adhuc clesia.  
anno 1090. vixit, quo iam ann. 1055. Leo IX. fuerat defunctus. Vide Ca-  
tal. Episcop. Colon. & Ciac.) creatus sit Cancellarius neque ipsi à Leo- NB. Canonie  
IX. Archicancellariatus sit abrogatus. Id enim cum sit facti, proban- stas quosdam  
dum erit, non præsumendum l. 4. ff. de custod. reor. l. asseueratio 10. C. alia vicecan-  
de probat. Ideoq; cum Hermannus reliquique posteri in eius iuris fue- cellariatus o-  
rint possessione, neque inde turbati, ius illud ipsis erit integrum con- rigine astrue-  
seruandum. Sed placet audire Miræū, qui ius illud in fastis Belgicis ad re sed ex ig-  
19 April. his enumerat verbis: Leo IX. qui ante Bruno appellatus, ac sub ann. norantia hi-  
1002. Patre natus Hugone Comite, Comradi Imp. consobrino, & matre Heduide, post storiarum.  
Pentecosten Coloniā Agrippinā venit cum Henrico Imp. & ab Herimanno Archi-  
episcopo

episcopo honorificè suscipitur. Cuius rogatu Ecclesia Coloniensi Metropolitana hoc privilegium concessit, ut ad altare S. Petri septem presbyteri Cardinales quotidie diuinum celebrarent officium in sandalijs. Deinde eidem Archiepiscopo officium Cancellarij (Archicancellarij debebat scripsisse, vt iam ostendimus) S. Romanae sedis, eiusq. successoribus, tribuēs illis Ecclesiam S. Ioannis ante portam Latinam. Hinc inuitatus ab Herimaro Abbate S. Remigij, Rhemos abiit, & illius cœnobij Ecclesiam recens extructam consecrauit. Wibert. lib. 2. c. 4. Quo titulo Ecclesia S. Ioannis præter Archicancellariatum videtur & Legati dignitas collata, vnde & Legatus Natus nuncupatur. Hinc quanta, quamque eximia nostrorum

S. Anno dignitatē suā virtutibus exornauit. Archipræsulum in S. Romana Ecclesia sit dignitas, facile licet colligere. B. Hac ipsa dignitate licet emineret omnibus S. ANNO, attamen in ea non conquiescens, omnimodè studuit singularibus virtutum decoris eam magis magisque illustrare. Vnde porro profectum, vt non tam verbo

subditorum illuminaret mentes, quam vitæ suæ exemplo, ciuium animos voluntatesque inflammaret. Nudis per sæpe ambulabat pedibus, corpus suum tum cilicio tum ieiunio macerabat, vix interdium aut noctū ab Ecclesia diuellebatur, reliquiarum insistens venerationi. Octo templa cum congregationibus de nouo erexit. Ipsam Coloniensium vrbem reliquiarum diuitem, alijs adhuc Sanctorum exuuijs locuplerauit. Animo omnino demisso ac tranquillo concitatos ministrorum suorum culpa, ciuium Coloniensium animos, qui iam in sancti viri perniciem conspirarant, composuit, veniam precatus, nullam vbi vir Dei culpam admiserat, & tamen eapropter candidissimo Episcoporum cœtu qui ipsius visui obiectus fuerat, indignum se iudicabat. Dolorem quidem ciuibus fatalis eius dies, sed cœli incolis summum attulit gaudium. Quin & inanimæ res creatæ ipsi videbantur congratulari. Nullius enim impulsu æra Sigebergenſis Montis, vbi Monasterium S. Præsul instituerat, ad viri sancti emortualem diem concrepuere. Quod viuis susceperat Montis patrociniū, illud nec post obitum negaturum se recepit, modo ipsius & asseruarent corpus, & religiosam viuendi regulam ad amul-

Corpus S. Annonis repetitis verbis mō- ti Sigebert- genſi com- mendatur. sim obseruarent. Nam ita lib. 3. c. 7. S. Præsul noster Reginhardo Priori sciscitāti (quæ ipsis deinceps spes relicta? quis restauratur? loci istius desolationem quam formidabat) collecto. [vt ait mscr.] spiritu celeriter respondit. Faceſſat prorsus timor iste, Testor ego veritatem illam, quæ Deus est, corpus meum exanime, vt optaram ad vos allatum iri &c. Sit interim modus dolori vestro, certa prorsus spes est, me apud vos sepulturam habiturum. Aderit bonus Dominus, aderit gratis.

gratia eius. VENIAMQUE LOCVM CONSERVATVRVS, ET PER LOCVM  
**A** IPSE QVOQVE CONSERVANDVS. Vos tantum in ijs, que bene cœpistis, per-  
 seuerate, imò inchoata melioribus studiis augete, laboris vestri fructū & hic & in fu-  
 turum habituri &c. His dictis abiturus Pater Reginhardus rogauit, & quidnam filiis  
 suis mandari veller: ille mox sublata voce cum multis lachrymis dixit. ANIMAM ET  
 CORPVS MEVM. Iamq; Reginhardo Patre foras egredi volente, ita eum compel-  
 lauit, vt tu ipse iam vidisti, res mea sinem habent. Itaq; ego te dilecte frater, per Chri-  
 stum oro, NE SINGVLARE SPEI MEÆ PRÆSIDIVM MONTEM ILLVM *Vita S. Ann.*  
 MEVM DESERAS, sed me defuncto, integritate & constantia tua foueas atque su- *lib. 3. c. 7. lib.*  
 stentes. Magnorum illi periculorum materiam subtraheris, si peccandi licentiam, que *2. cap. 11.*  
**B** religionem omnem euertit, in Fratribus regulari seueritate coerceas, conuenienter illi  
 sententia sapientis cuiusdam; Filia tibi sunt, serua corpus earum & non ostendas hi-  
 larem faciem tuam ad eas. Noueris autem non deesse iam illic, posthac verò etiam plu- *Reliquiæ*  
 res futuros, quorum animi & actiones spectabunt ad loci destructionem, si tu quod ab- *sacræ non*  
 sit, cœperis esse remissior. Vide igitur, vt regula auctoritate constanter armatus, praus- *sunt ex mu-*  
 rum cœptis occurras, NE LOCVS IELE MEVS TUA NEGLIGENTIA COL- *nititionibus*  
 LABATVR. Hactenus S. Præful. Cessit verò ante biennium Mons Si- *auferendæ.*  
 gebergensis hæreticorum potestati, Dei nos iustè flagellantis voluntate.  
 Nam promissi quidem haud immemor patrocinijs Reuerendus & Reli-  
**C** giosus P. Prior Sigebergensis, vt Monasterium suum saluum, & inte-  
 grum conseruaret, nec illud hostium cederet direptioni, de retinendo  
 tunc ibidem S. ANNONIS pignore agebat; sed quia aliud alijs ingraues-  
 centium periculorum metu perculsis placebat, Coloniam sacrum Mō-  
 tis Sigebergensis pignus est auectum, quod alias nullatenus potuerat  
 ab equis etiam generosissimis moueri loco. atque eheu! viduatam tan-  
 to thesauro Montem mox ingens excepit calamitas; vix enim octiduo  
 præterlapso, Mons ipse sine cæde & sanguine (non tamen sine fraude  
 hæreticorum ciuium, qui admissi Neutralitatem ingeminabant) diffluen-  
**D** tibus ad inconditum tantummodo Baudizianorum Suecicorum mili-  
 tum, qui vasis quibusdam se munierant, clam orem, præsidarijs pediri-  
 bus, in totius Diœcesis Colonienfis & Montensis terræ incommodum  
 & perniciem occupatus, etiamnum ab hostico exercitu, patriam no-  
 stram misere affligente possidetur. Adeo fatales sunt sacrorum pigno-  
 rum translationes; Quod ipsum non ita pridem expertos docui Mag-  
 deburgen. lib. 3. c. 5. hist. S. Engelberti. pag. 179. Hæc tibi SANCTA COLO-  
 NIA pro thesauro reliquiarum tuarum conseruando dicta sunt.

PRECIOSA  
EPITAPHIVM S. ANNONIS.

Patribus egregijs ornata Colonia multis,  
Ecclesiæ speculum misit in hunc tumulum.  
Emicuit mundo noua lux ANNONE secundo,  
Qui per cuncta suo par erat officio.  
Menibus hoc denis, annis octoque vicenis,  
Quarta Decembris eum lux tulit è medio.

A

XII. Lapis



Amethystus.

B

*De Rosa gentilitio S. ENGELBERTI  
insignirationem attuli in historia e-  
ius; cordium & equi imagines adij-  
ciuntur, quia sub Philippo Hunsbergico  
Archiepiscopo Coloniensi, Ducatibus  
Vestphalia & Angaria diocesis est  
aucta.*

**S**ANCTI ENGELBERTI Maio-  
res, tum lib. 1. c. 2. tum in au-  
ctario descripsi, ostendique, nō  
eos ex Ursinis, vt quidam som-  
niant, oriri, sed ex defensoribus  
& aduocatis Tuitiensibus. Nā  
God. ad ann. 1205. Tuitiense  
castrum nuncupat, DOMVM A-  
DOLPHI Comitis de Monte;  
vnde Comites de Monte fue-  
rint etiam Tuitienses necesse est.  
Tuitienses verò Comites &  
Aduo-



C

D